

B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ
SIVE
DORPATO - PERNAVIENSIS
HISTORIÆ

PARTICULAM SEXTAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

D. VI. DECEMB. A. MDCCXCIV.

DEFERT

JOHANNES MAGNUS TORELL

GOTHOBURGENSIS.

LUNDÆ,

TYPIS BERLINGIANIS.

Viro
Plurimum Reverendo atque Præclarissimo
DOMINO

LAURENTIO ROSELLIO,

Eecl. Sloinge & Estra Pastori Vigilantissimo,

Avunculo & Fautori Optimo!

Tot tantaque Tui in me sunt favoris documenta, ut irritum omnino esset conamen, omnia chartis depingere. Ingenue fatendum est, me collata Tua beneficia in memoriam sæpius revocantem, & solutifera monita salutisque meæ studium admirantem, temper ita affectum esse, ut Te non modo diligere, sed amare etiam, sanctum & juven-dum mihi fuerit. Nec quisquam hoc mirum putabit, qui sciat, Te optime de me promeruisse, cujus futuræ consulere felicitati tanti duxisti, ut non solum ingenii culturam, verum etiam morum correctionem ipse susciperes: meum itaque animum Tibi devotissimum respicias, & paucas hæc pagellas, ut fructum multiplicis hujus curæ, benigne accipias, humillimus obtestor. Minimum quidem in modum meritis Tuis respondebunt, at scire Te velim, ut prima præcepta, ita primum hocce specimen Tibi deberi. Faxit jam Summum Numen, ut vitam diu agas felicem in magnam familiæ solatium & Ecclesiarum, quarum cura Tibi est demandata, summum einolumentum. Quod superest, me eodem, quo antea, favore amplecti, dum vivis, pergas, omni, qua per est, pietate rogo, ad ultimum vitæ halitum perman-surus

Nominis Tui

Observantissimus & Obedientissimus
ex Sorore Nepos

JOHANNES MAGNUS TORELL.

Kyrkoherden

öfver Thorestorps, Öxabäcks och Ellekulla Församlingar

Välärevördige och Höglärde

HERR CHRISTOPHER TORELL,

samt

Välädla Fru

ESTER CATHARINA TORELL,

FÖDD ROSELLIUS.

Mine Huldaste Föräldrar!

Då det utgör en stor tillfredsställelse, at få utgjuta sin hjerta helgat at lifligaste tacksamhet mot sådana välgörare, hvilka icke genom släktskapens band äro med oss förenade, huru mycket mera tillfredsställande skal det då icke vara för et barn at inför Hulda Föräldrar få framlägga den vördnadsfulla kärleken, som deras utmärkta godhet upväckt? Och som jag har den lyckan, at uti Eder äga de ömaste Föräldrar, som så ädelmodigt vakat för mina tilkommande dagars sällhet, at Eder omfattade omsorg at bereda den samma aldeles öfverskridit Eder förmåga; så skattar jag mig lycklig, at härmedelit få aflägga min ödmjukaste tackfägel för Eder ösparda ömhet. Emottagen då nu med vanlig ömhet dessa ringa blad, såsom en mogen frukt af Edra många välgärningar, och et veder-måle af den djupa vördnad och högsäctning, med hvilken jag har äran framhärda

Mine Hulde Föräldrars

ödmjuk-lydigste Son

JOH. MAGNUS TORELL.

I.

Ex verbis: *Οτι προφητας εστιν, η ως εις των προφητων* Marc. VI. 15. vocem *η* in codicibus nonnullis recte omissam esse, GROTIUS, MARESCHALUS, LAMIUS & RICH. SIMON male judicant.

II. Verba *τατα εστιν αυπτοις* Marc. VII. 2. Scholion non sunt, quod ex margine in textum irrepsit, ut KUSTERUS in *Præfat. ad N. T. Millianum* contendit, sed ab ipso Evangelista consignata.

III. Qui cum ERASMO ad Act. II. 6. probabile putant, Apostolos sua quidem lingua locutos esse, sed miraculo factum, ut nemo non intelligeret, perinde ac si suam quisque linguam audisset, eos minime audiendos puto. Miraculum enim hoc non in audientibus sed in loquentibus est querendum.

IV. Absurda est SALMASII sententia, qui postero die Apostolos hoc donum linguarum amisisse, adeo ut, ad alias gentes dum pervenerunt, istarum linguam addiscere necesse habuerint, pro explorato habet.

V. *Ις, qui verba συν πασι τοις επικαλυμενοις το Ονομα τῆ Κυριῆ ημων* 1 Cor. I. 2. *cum omnibus, qui Nomen Domini nostri invocant* reddenda statuunt, potius assentior, quam illis, qui ea *cum omnibus, qui appellantur Nomine Domini nostri* reddi volunt.

XVII. Enarrationes titulorum octo Juris Municipalis Svecici *).

XVIII. Oration hället utbi salig och högtorijelig i Minnetse Konung GUSTAF ADOLPHS utsh-förelse. **).

Accedunt scripta quædam ejus minutiora, partim edita, qualia sunt:

1) Προπεμπτικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

2) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

3) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

4) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

5) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

6) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

7) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

8) Προσφαστικα in abitum juvenis JOHANNIS GEORGII HANE a Torp Sveci, Lipsia Coloniam Agripp. versus discessuri, scripta ac dedicata ab amicis. Lips. 1594. 4:o ***).

*) MSC. in Bibliotheca Oxenstierniana asservari SCHEFFERUS l.c. & ex eo GADEBUSCH narrat.

**) Hujus, etiam ineditæ, autographum Reverendiss. D:n Episcopum &c. J. A. LINDBLOM possidere, testis est WENSTRÖM p. 32.

***) Horum tres sunt Auctores, quorum primus fuit MATTHEUS DRESSERUS, secundus M. GEORGIUS CREMERUS & tertius JOHANNES SCHRODERUS Nicop. Svecus. Atque hinc juxta liquet, *Schrodexum* nostrum hoc tempore Lipsiæ commoratum esse.

- 2). Προπευτινα in discessum PETRI NICOLAI Wadsten. Sveci, cum ex Germania in Sveciam abiret. Lub. a. 1595. 4:0 *)
- 3) De Comicum & Baronum Eminentia præ Nobilitate **).
- 4) Oratio, habita a. 1617 cum Regni Senator crearetur ***).
- 5) Præcepta Institutionis in Scholis Publicis ****).
- 6) Variæ Epistolæ †).
- 7) Epitaphium Archi Episcopo Olao Martini positum in choro sup. templi cathedr. Upsal. ††).
- 8) Pro-

*) Primum & secundum M. NICOLAUS CHESNECOPHERUS Svecus, Aulæ Castell. Mathem. tertium PETRUS LAURENTII Upsaliensis, quartum JOHANNES SCHRODERUS consignavit.

**.) Inf. BRINGS (nobil. LAGERBRINGS) Saml. af ättsf. Handl. och Väminn. &c. III D. p. 235, 237.

***.) In WIDEKINDI *Gustav. Adolph Hist.* p. 235.

****.) apud WENSTRÖM l. c. p. 33 — 36.

†) In CELSII *Monum. Polle. Eccles. ex Arch. Palmisk.* p. 143, 146, 150, 162, 163 in *Fastis Skyttianis*, & in *Svec. Merc.* passim.

††) Sæpius quidem descriptum est hoc epitaphium: accurate vero descriptum si quis legere cupiat, adeat vel PERINGSKIÖLDIUM in *Monumentis Ulleraker.* p. 179. vel STIERNMANNUM in *Biblioth. Svoigoth.* p. 55 vel RHYZELIUM *Episcoposc.* P. I. p. 65. Descriptum quidem etiam legatur apud SCHEFFERUM *Upsalia Antiqua* p. 227. & SPEGELIUM

- 8) Programma Upsaliæ a. 1634 d. 17 Martii publicatum †††):

partim in *Em. Korko Hist.* D. p. 160. 161. Sed ab utroque illud vitiole admodum exhiberi, *Stjernmannus* l. c. recte monet, & monendum quoque ego duco, ne quis vitia descriptoris, cui fidem *Schefferum* eamque secutum *Spegelium*, & ita quidem, ut relegendi periculum non fecerint, habuisse liquet, & in his grammaticalia, Skyttio tribuenda censent. Addit quidem *Stjernmannus*, a genuina lectione discrepare etiam illam, quam *Peringskiöldius* in *Monum. Uphund.* exhibet; in hisce vero Monumentis hoc epitaphium non exhibetur.

Rariora plerumque cum sint programmata, paucissimisque asservantibus, verendum sit, ne rarissima tandem fiant ac forte evanescant; & juxta quo pateat, quantum auctoritate Skyttius valuerit; ipsum hoc programma hic inferi, B. L. haud ingratum fore spero; en igitur his consignatum literis:

JOHANNES SKYTTE Senior, Lib. Baro in „Duderhof, Dominus in Grönsjö & Strömsrum, Eques „Auratus, Regni Sveciæ Senator, Livoniæ, Ingridiæ & „Caroliæ Generalis Gubernator, Academiæ Upsaliensis „Cancellarius, Finlandiæ Septentrionalis Judex Provin- „cialis.

„Qui semper hactenus noster fuit ardor Remp. li- „terariam promovendi & ad optatum fastigium perdu- „cendi, de illo nihil adhuc nec in posterum remittere „animum est, dum vita est. Unde inter reliquas mune- „ris nostri partes Regiæ Academiæ Upsaliensis incremen- „tum & salutem, non minimam curarum nostrarum fa- „simus. Scimus enim, ex Academia, ut plantario pu-

partim inedita
 quæ in Bibliotheca R. R. Senatoris & Illustr.
 Comitjs GEORGII GYLLENSTIERNÆ as-
 servantur.

„publico stirpes vivas in omnes status transferendas esse.
 „Quæ ut in spem boni publici feliciter istæ educantur
 „& succrescant, universæ interest, Republicæ. Proinde
 „si tam bene sit Academiæ Upsaliensi, quam nostrum
 „id est votum & sollicitudo, non potest, non esse opti-
 „me. Ut autem sit, cum Bono DEO a laborabimus.
 „Quod non meliori via effectum iri speramus, quam si
 „forte aliquid morborum (quorum tamen aerruncato-
 „rum DEUM ante omnia poscimus), literario corpori
 „ex quacunque causa, & quacunque in parte imminet,
 „in tempore profligetur, illiusque incolumitas & vigor
 „conservetur illibatus. Cum autem Academiæ huic mor-
 „bum quendam impendere deprehenderimus, cujus prin-
 „cipiis nisi obsterur, labem dignitari Academiæ minari
 „prævidemus: nostram erit nascenti malo occurrere, &
 „mature remedia opponere prophylactica.

„Primo intelleximus, in Academiâ complures vive-
 „re, qui suo arbitrato vel ipsi studia sua, vel aliorum
 „ipsis commissorum moderantur; & Rectoris Magnifici
 „ac Professorum inspectioni se subtrahunt. Proinde vo-
 „lumus, ut in omnes singulosque tam Præceptores, quam
 „Discipulos, eorumque vitam, mores, studia, universalis
 „inquisitio instituatur, & omnes ac singuli se submitant
 „Rectoris & Professorum inspectioni, censuræ & examini,
 „quoniam necesse est. Deinde neglectum oratoriæ facul-
 „tatis linguæque latinæ in hanc irrepere Academiâ, ita
 „ut ex juventute Academiâ in hoc studio excellentes pauci
 „reperiuntur, qui in Cancellaria, Legationibus, Commis-

„sionibus aliisve locis aut functionibus latinæ linguæ pe-
 „ritiam exigentibus, operam necessariam præbere possint.
 „Huic igitur incommodo tollendo, primo præmittentes
 „ejus causas & morbos sequentibus modis mederi con-
 „stituimus. 1) Neglectus Oratorii studii causa est impe-
 „ritia ejus ex plerisque scholis patriis, a Studiosis in
 „Academiâ allata: & multorum præposteris ac vere
 „rusticus pudor hic illam repellendi vel industria sar-
 „ciendi. 2) Subitus ad alia philosophica studia transi-
 „tus, antequam fundamentum (quod tamen ante omnia
 „necesse erat) in latina lingua jactum sit: & inde præ-
 „intemperantia studiorum philosophicorum Oratoriæ fa-
 „stidium. 3) Bonorum & Classicorum Authorum defe-
 „ctus. 4) Aspiratio ad gradum philosophicum Magi-
 „sterii per meri cursus philosophici (& plerumque
 „Theoretici) medium, unde latinæ linguæ studii incu-
 „ritia.

„Primo itaque operam dabimus, ut seria scholarum
 „reformatio imposterum ex publica autoritate institua-
 „tur. II. Mandamus, ut cum Studiosi e scholis recen-
 „tes huc in Academiâ pedem intulerint, antequam ad
 „alia studia philosophica gradum faciant, integrum im-
 „pedant annum soli studio latinæ linguæ publicæ priva-
 „timque exercendæ: reliquos per annos conjunctim
 „cum aliis studiis tractent, intemperantiam tamen in stu-
 „dio philosophico cohibentes. III. Ne autem aliquis
 „caussando defectum bonorum Authorum oratoriæ fa-
 „cultatis studium negligenter tractet, curabimus, ut Bi-
 „bliopolæ ex præscripto privilegii sui, nisi illo privari
 „velint, bonos Authores huc advehant, advehive fa-
 „ciant. IV. Mandamus, ut nemo ad gradum philoso-
 „phicum aspirans isthuc admittatur, nisi prius progres-
 „sum in latina lingua Thémate oratorio componendo
 „o „æque

„æque atque reliquis Examinatoribus in aliis studiis philo-
 „sophicis, ita & Professori Eloquentiæ in examine
 „philosophico probarit. Isthæc autem ut eo felicius ma-
 „joriquæ successu tradentur, ordinavimus & ordinamus,
 „ut præter nostrum Professore & adhuc unum ex con-
 „stitutione & stipendio Regio propediem eligendum, duo
 „ex Adjunctis designentur, qui mutuas operas una cum
 „Professoribus Eloqu. tradendo, certo tempore & loco,
 „studium oratorium sedulo apud Studiosos urgèant. Et
 „hæc omnia in eum finem fieri volumus, ut nobile illud
 „Eloqu. exercitium debito modo instaurari ac florere
 „etiam in patria possit Academia. Proinde quicumque
 „huic nostro Edicto contravenire ac petulanter recalci-
 „trare ausi fuerint, illis pro ea, qua fungimur, autoritate
 „una cum Rectoris Magnifici & Senatus Academici con-
 „sensu has decernimus pœnas: Ut si quis inter Stipen-
 „diatos & communis mensæ alumnos præfracte inobe-
 „dientes fuerint, communi mensæ & stipendio priventur.
 „Vel si qui inter illos, qui communis mensæ aut stipen-
 „dii beneficio non fruuntur, spe præmiorum & promo-
 „tionis ad quæcunque officia, nec non testimonio publi-
 „co careant, aut si sint inemendabiles, Academia penitus
 „excludantur. Qui vero, ut decet probos & gnavos
 „studiosos, huic nostro edicto paraverint, illis spem fa-
 „cimus debitorum industriæ suæ præmiorum, functio-
 „num in aula, civitatibus & aliis locis publicis. Ad hu-
 „jus nostri edicti majorem corroborationem, sigillum
 „nostrum una cum minus nostræ subscriptione apponi
 „curavimus. Publicatum Ubsaliæ 17 Martii anno a nato
 „Salvatore 1634. Johannes Skytte.

PHILIP.

PHILIPPUS von SCHEIDING. *)
 Hæreditarius de Scheideby, Kegel & Jaco-
 wall **). Natus Arbogæ a. 1578 d. 10 Aug. pa-
 tre CHRISTOPHORO Otteson von SCHEI-
 DING, Hæreditario de Scheidewi ***) qui ab

02

anti-

*) Vitam ejus exposuerunt breviter quidem A. A. von
 STIERNMAN in *Svea & Göttha Högdinga Minne* p.
 198 & BACKMEISTER in *Samml. Russ. Gesch. IX*
B. p. 160 sq. fusius vero GADEBUSCH, *Livl. Bibl.*
3 Th. p. 89 & GEZELIUS in *Biogr. Lex. Sc. 3*
D. p. 12 ita tamen, ut spicilegio locum reliquerint.
 Est quidem inter hos, ad annos quod attinet, sæpe
 dissensus, de quo tamen constituere in proclivi mihi
 fuit; scribenti enim ad manus erat concio funebris,
 ad calcem vitæ Scheidingianæ pluribus commemorata,
 cui subjunctum est vitæ curriculum (personalia vul-
 go vocant) atque huic vitæ curriculo, quippe quod
 propius isti ætati, quam egit Heros hic noster, con-
 signatum est, fidem in primis habendam esse liquet.

**) Ita quidem sic dicta Personalia; prædium vero hæ-
 reditarium Arnö post Stiernmannum l. c. GADE-
 BUSCH & GEZELIUS addunt, Kegel autem & Jaco-
 wall silentio prætereunt, quæ vero à STIERNMANNO
 in curis posterioribus, nempe in *Matr. öfv. Svea R.*
Ridd. och Adel 1 D. p. 103. N. 52 addita esse vi-
 deo. Solus Petrejus l. alleg. prædii Kunda possessio-
 rem eum appellat.

***) *Schedeby & Schedemi* promissæ scribi video. Præ-
 dium vero Kullerstad, cujus præter Schedwi, posses-
 sorem Christophorum von Scheiding STIERNMAN-
 NUS l. pr. c. facit, Personalia ignorat.

antiqua stirpis Misnicæ origine generatus & Nobiliū ordini Svecano a Rege JOHANNES adscriptus a. 1582 primum Regis CAROLI IX Minister Auclicus, deinde Conjugis ejus Regiæ CHRISTINÆ Magister aulae fuit *): matre Magdalena von Rosenfengren, Jacobi von Rosenfengren de Grånsholm, Gubernatoris Ostro Gothiæ, Regni Senatoris & Judicis Ostro Gothiæ provincialis filia. Annos natus duodecim a. 1590 ad patruum missus fuit in prædio Delisch tribus miliaribus a Lipsia distante habitantem, jactisque ibi literarum fundamentis, uberiori doctrina animum in Academia Lipsiensi & Altorfina excoluit. Transactis apud exteros duodecim annis, in patriam rediit a. 1622 ejusque generis, cui nomen Regia dat Camera Nobilis Auclicus (Cammars Juncker) apud Regem CAROLUM IX factus ita se gessit, ut a. 1604 ad Electorem FRIEDERICUM Comitem Palatinum Rhenanum atque Landgravium Hassiæ MAURITIUM Rex eum ablegaret, negotia quædam majoris momenti confecturum, posteaque ad Regem Angliæ JACOBUM Legati nomine eum abire juberet. A. 1606 Regiæ CAROLI IX aulae Mareschallus designabatur, & sequ. anno Generalis Commissarius ad exercitum in Livonia constitutus Dorpatum ad Comitem de MANSFELD cum copiis nonnullis mittebatur; eodemque hoc anno cum Gubernator Narvensis

*) Utrumque hoc munus eodem nomine Hofmeister Stiermannus appellat, qua vero dictum est, ratione Personalia distinguunt.